

ab æterno ordinata sum, ab initio ante terram, Prouerb. 8. c. 22. B. vbi Solomon hanc Dei virtutem Sapientia nomine significat, & per profopopiam inducit de se prædicantem, per ipsam omnia condita, & ipsam ante omnia formatam apud Deum, iugemque ei fuisse oblectationem, tum in orbe terrarum bonitatis suæ lusum deprompsisse, & apud homines quoque beatam oblectationem exhibuisse. m. Sublimius ergo loquitur Iohannes ipso Moysæ, non enim dicit, In principio Deus fecit Sermonem, quemadmodum ille, In principio creauit Deus cælum & terram, (Gen. 1. a. 1.) sed In principio erat Sermo: vt intelligamus ipsum tanquam sempiternum, in principio rerum iam fuisse, non tum primum esse cœpisse. Ducit nos hoc Verbo vltra omnium rerum principium in ipsam æternitatem (quo tamen mentis nostræ cogitatio penetrare nunquam potest) non vt de illa curiosè scrutemur, sed vt Verbi æternitatem credamus & adoremus, ne putemus illud cum hæreticis aut in conditione rerum cum aliis creaturis, vel quum ex Maria virgine nasceretur, primum esse cœpisse. Ideo dicit, Ego sum & & o, principium & finis, Apocalypsi. 1. c. 11. A. Et alibi, Amen amen dico vobis, priusquam fieret Abraham ego sum, Infra, 8. g. 58. M. Quod etiam Apostolus his verbis confirmat, Iesus Christus heri & hodie, idem etiam in secula, Hebræor. 13. b. 8. ET SERMO ERAT APUD DEVM. M. Quia Euangelista dixit, In principio erat Sermo, id est, antequam mpora secularia, antequam quicquam conditum esset, quum principium omnium rerum ordiretur, erat iam antea Sermo iste, proximum erat vt adderet vbiuam fuerit. Nullo loco esse potuit nulloque tempore, quum nondum esset vel locus aliquis, vel tempus. Vbi ergo erat? Vbi esse potuit? Apud Deum (inquit) erat. Certe non poterat alibi esse. Sed rursus, vbi ille erat quum nihil dum esset conditum. Hic quiescendum est. Nullo poterat loco esse Deus, nec hodie potest quum sit infinitus, nec cæli cælorum illum capere queant, vt Solomon dicit, 1. Reg. 8. c. 27. Discernit ergo Iohannes hunc Sermonem ab omnibus rebus creatis, simulque distinctam illi à Patre hypostasin attribuit: absurde enim diceret Euangelista, semper cum Deo vel apud Deum fuisse, nisi propria quædam illi subsistentia in Deo foret. Ergo ad refellendum Sabellij errorem valet hic locus, quia ostendit Filium à Patre differre. Itaque quamuis sobrie in tantis arcanis sapientum sit, & modeste loquendum, excusatione tamen digni sunt veteres Ecclesiæ scriptores, qui quum aliter rectam & sinceram doctrinam aduersus flexiloquas hæreticorum ambages non possent asserere, voces quasdam excogitare coacti sunt, quæ tamen non aliud sonarent quam quod alioqui in Scripturis traditur: Tres hypostases vel personas in vna & simplici Dei essentia subsistere dixerunt, personarum nomine intelligentes discretas in Deo proprietates quæ se mentibus nostris conspiciendas offerunt. Quam discretiorem Christus etiam his verbis confirmat, Exeuntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Math. 28. d. 9. Et Iohannes in Epistola, Tres sunt (inquit) qui testificantur in cælo, Pater, Sermo & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt, 1. Epist. 5. b. 7. M. Cæterum quod Christus à Patre nasci dicitur, deinde in hunc mundum à Patre egressus venisse, non ita intelligendum est quod ex Patre natus, & à Patre egressus, à Patre diuulsus sit vt hoc quod Iohannes dicit, Erat apud Deum, intelligendum sit de tempore aliquo quando nondum fuerit Patris Filius, & quum postea egressus sit à Patre, apud Patrem amplius non fuerit. Absit. Hæc ita habent apud nos: apud Deum & Sermonem eius non item. Nam Sermo Dei nec nascendo nec egrediendo à Deo Patre separatur, sicuti nec splendor à sole, nec calor ab igne egrediendo separatur, nec consilium cordis à sapiente in opus prodeundo se iungitur, quemadmodum Apostolus passim testatur, Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni spiritali benedictione in cælestibus in Christo, quemadmodum elegit nos in ipso antequam iacerentur fundamenta mundi, Ephes. 1. a. 3. 4. Ergo electi sumus à Deo antequam esset mundi principium. Quomodo? In ipso (inquit) scilicet Christo, id est verbo & consilio Dei, quod in principio apud illum erat. Et alibi, Qui saluos nos fecit, & vocauit uocatione sancta non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna, sed palam facta est nunc per apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi, 2. Timoth. 1. c. 9. Igitur gratia Dei data nobis est ante conditum mundum, quum nondum esset. Quomodo? In consilio illo & verbo Dei, Christo, qui apud Deum erat in principio. Eadem pene habes in Epistola ad Titum, 1. a. 2. vbi promissa dicitur vita æterna ante mundum conditum, idque per Sermonem vel verbum Dei, quod per Euangelij prædicationem manifestatur. ET ILLE SERMO ERAT D. R. Filius non solum est apud Deum patrem, sed & ipse Deus est. sunt enim Pater & Filius duæ personæ, sed vnus Deus & vna essentia. M. Hoc autem colligitur ex duobus præmissis, nempe quod dixit Sermonem hunc fuisse in principio, & fuisse apud Deum, vt sit veluti conclusio. Quicquid enim in principio non factum est, sed erat, & apud Deum erat, Deus est. Christus Sermo Dei in principio apud Deum erat, ergo Deus est. Quomodo enim Deus non esset qui sapientia Dei est, Sermo Dei est, virtus & potentia Dei est, Filius Dei est? Quomodo Deus non esset qui sempiternus est, nec principium nec finem dierum habens? Quomodo Deus non esset qui apud Deum semper fuit, est, & futurus est in perpetuum? c. Nequis ergo de diuina Christi essentia scrupulus maneat, Iohannes clare asserit esse Deum. Iam quum vnicus sit Deus, Christum eiusdem esse cum Patre essentia, & tamen in aliquo differre sequitur. e. Nam Pater imaginem imprimit, Filius imago est expressa, Hebr. 1. a. 3. Pater effulget, Sermo vero idem ille fulgor est qui effulget. c. Proinde non timendum est ne nouum & recentem Deum nobis Euangelista contra Legem Dei statuat, qua dictum est, Non sit tibi Deus recens, Psalm. 8. b. 10. Deus esse nequid qui æqualem Deo sempiternitatem non habet. Scriptum est, ante me non est formatus Deus, & post me non est alius. Si Sermo iste post Deum natus est, Deus esse non potest: Sed Euangelista metum hunc nobis adimit, quum non dicit, Et Deus factus est sermo ille, sed, Et ille Sermo erat Deus. Non quod postea Deus esse desierit. Absit. Quomodo Deus fuisset qui postea desinere potuisset? Sed vt sempiternam verbi Dei diuinitatem cui nullum est principium, exprimeret, dixit, Et ille Sermo erat Deus, In principio videlicet antequam mundus conderetur, ante omnia tempora, verbum hoc Deus erat. A. Porro hæc Christianæ fidei confessio occasione accepta multarum persecutionum causa fuit. Quum enim mundus sua carnali prudentia assequi non posset quomodo Deus in carne manifestari voluerit, Apostolos & Martyres Christi hoc nomine ad mortem vsque persecutus est, quod deorum pluralita-

tem asserere viderentur, dum magna animi constantia verissimum esse fatebantur quod disertis verbis tradidit hic noster Euangelista, nimirum quod ille Sermo erat Deus, atqui Iohannes non affirmat Deum fuisse apud Deum, sed:

2 Hic erat in principio apud Deum.

HIC ERAT IN PR. M. Repetit Euangelista quæ iam dixerat, sed ita vt coniungat quæ diuisim dicta fuerant. Coniuncta enim hæc duo, In principio erat, & Apud Deum erat, Sermoni tribuunt indubitissimam diuinitatem. Et recte coniunctim repetuntur, quæ re ipsa quoque coniuncta sunt, ne occasio detur maleuolis vt colligant in principio quidem Sermonem fuisse, sed non statim Deo cœternum, qui aliquanto ante Sermonem fuerit. Ideo repetit hoc, quod apud Deum fuerit in principio, eandem illi cum Deo sempiternam adscribens. c. Sicque dubia illa superiora membra in breuem epilogum colligit, quod fuerit semper, & quidem apud Deum: vt principium intelligas omni tempore superius. Iam videmus vt paucis (circumspecte tamen & religiose) diuinitatis mysterio Euangelista disserterit: quod si imitari olim Christiani voluissent, non tam misere & periculose dissectæ Ecclesiæ fuissent. neque præbita causa sophistis impuris suis figmentis diuinam maiestatem contaminandi. In cognitionem diuinitatis salutarem non nisi per mediatorem hominem Christum Iesum perueniemus. Quare operæ pretium est vt cum Paulo ante probe discamus Iesum Christum, & hunc crucifixum (1. Corinth. 2. a. 2.) quo nobis ipsi displiceamus, carnisque nostræ quam professi sumus mortificationem gnauiter prosequamur. Monemur denique hic non esse despondendum animum, quod & nostra tempestate magnum impiorum dogmatum videmus prouentum: iacula sunt Satanæ contra salutem veritatem Euangelij, quæ si non & contra nos ille iacularetur, neque illa vere apud nos vigeret.

3 Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est.

OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT. c. Vbi Sermonem esse Deum asseruit, & æternam eius essentiam prædicauit, nunc ab operibus diuinitatem eius probat, b. ostendens quo pacto sese orbi insinuarit. Primum creatione id fecit: nam per ipsum facta sunt omnia vt nihil omnino sit quod ipse non ediderit, deinde & conseruatione actusque: nam ipsius beneficio viuunt omnia, m. Proponit ergo Euangelista primum opus creationis, dein de transit ad opus redemptionis. Et breuissimo omnium compendio opus creationis ponit, quod Moyses aliquanto fufius descripsit. Omnia (inquit) cælum, terra, mare & quicquid in illis est, per ipsum facta sunt. hoc est, per Sermonem Dei, Christum. Sic Apostolus. Per quem fecit & secula, Hebr. 1. a. 2. Et Paulus Col. 1. b. 16. Itaque Iohannes his verbis lucem adfert scriptis Moyses, vt intelligamus quæ Genes. 1. de operibus creationis ponuntur, Christi nobis exponere diuinitatem. Nam Moyses statim in principio Genes. 1. testatur Deum omnia per Sermonem (qui est Filius eius vnigenitus, Christus Dominus noster) creasse, inquit, Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux, Genes. 1. a. 3. Et postea dicit, Fiat firmamentum, & c. Ibidem, 6. Producant, aqua, & c. Ibidem, c. 20. Faciamus hominem & imaginem, & c. Ibid. c. 26. Adeo verum esse vides quod Propheta canit, verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, Psalm. 33. a. 6. Et alibi, Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandat, & creata sunt, Psalm. 148. b. 5. Et, Omnia (inquit) Apostolus per illum consistunt, Col. 1. b. 16. c. Huc ergo spectat Euangelistæ consilium, quod statim ab ipsa mundi creatione Sermo Dei in æternum actum produxit. Nam quum in sua essentia prius esset incomprehensibilis, tunc eius vis effectum palam fuit cognita. m. Quod autem Euangelista in præteritoloquitur, dicens, Omnia per ipsum facta sunt, non est inde colligendum quod post conditum mundum & ea quæ in mundo sunt, iam nihil amplius per Sermonem suum Deus faciat, sed finat omnia temere ferri, & interea otiose delinierit. Absit. Nam ea quæ condidit per Sermonem suum, perpetua prouidentia gubernat & conseruat. Sic Christus, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, Infra, 5. c. 17. Et Paulus, Qui operatur (inquit) omnia in omnibus, 1. Corinth. 12. a. 6. Quod enim dicitur die septimo quiescisse ab omni opere (Genes. 2. a. 2.) non est aliter intelligendum quam quod a creatione cæli & terræ (id est mundi huius) cessatit, non quod ab illius administratione & conseruatione abstinerit. A. Nam portat omnia verbo suo potens, Hebr. 1. a. 3. Quod pijs omnibus non modicam consolationem asserere debet. Ita enim in Dei prouidentia recumbere discunt: sine qua ne capillus quidem ex eorum capite perire potest, Luc. 21. d. 18. R. Nam qui per fidem fecerit omnia à manu Dei pendere, is credit quoque se in manum Dei impendere, quum omnia sunt relinquenda, & in mortem ingredien dum fuerit. A. Monemur hic prætere peruersam esse eorum opinionem qui mundum huic æternum facere voluerunt. Deinde ipsum Dei Filium nec creatum fuisse, nec factum, quum omnia per ipsum facta sint. ET SINE IPSO FACTVM EST NIHIL, QVOD F. R. Expositio est prioris sententia. Ita enim omnia per Sermonem facta sunt vt sine ipso nihil rerum creatarum factum sit. Iam si omnia per Sermonem facta sunt, Sermo igitur non est factus, proinde Sermo Deus est, non creatura, vt Arrius insanit. c. Nec vitiosa est hæc *ἀπολογία*, vt in speciem videtur. Quia enim nihil non molitur Satan vt Christo aliquid detrahat, nominatim testari voluit Euangelista, eorum quæ facta sunt nihil penitus excipi. A. Nam Deus omnia condidit per Christum Filium suum. m. Non est autem putandum quod per Sermonem suum Deus otiosus ipse omnia fecerit, tanquam per ministrum, vt inde colligamus Christum minorem esse Patre. Absit. Non tanquam per ministrum sed tanquam per sapientiam & potentiam suam, per Sermonem suum omnia fecit. Nec putandum est quod Pater ad creandum & faciendum impotens, hoc opus Filio imposuerit. Absit & hoc. Quod enim per Sermonem suum Filium vnigenitum omnia fecisse scribitur, nec ipsum ab hoc opere excludit, nec notam illi impotentia impingit, sed simul cum Filio coniungit, & omnipotentia gloriam vtique & Patri & Filio tribuit. Itaque admonet nos hic locus, vt quoties cælum hoc, terram, mare & omnia quæ in illis sunt spectamus omnipotentiam Dei in illis consideremus, cogitantes hæc omnia absque vilo labore, sine vlla molestia, sine aliqua difficultate, absque vlla cuiuscunque subsidiaria opera, solo Verbo esse facta. A. Hac consideratione fideles plurimum sese solantur, & contra omnes inimicos Dei animum suum hac fide munitum reddunt. Dum enim singularem Dei omnipotentiam

remissionem in eo considerant quod S...
 uelut Deo esse difficile, ne dum...
 re potest. m. Et quæ Christus i...
 moros excitando, leprosos mu...
 uando & mari, vt Sermo Dei ex...
 prædicat opera, Infra 14. b. 10. Et...
 quæ quæ omnia me, Ibidem, d. 14. C...
 quæ nostro iudicio præcipua & v...
 quæ vero, quæ vel minuta vel...
 hominæ creauit vique ad vermes...
 vt quæramus rationem, & ob...
 Mola sunt quæ noxia iudicantur...
 æstha, & propterea putantur...
 condita est, nihil esse à Deo cre...
 ad certum finem prospici...
 ingos, seu ventis, culpemus no...
 periam, ad quod visum est in Pha...
 uis & vermiculis consumpti...
 vobis quædam modum clare test...
 præcipua quæ finæ erant Manicha...

4 In ipso vita erat, & vita er...
 18 IPSE VITA ERAT. c...
 uelut Deo esse difficile, ne dum...
 re potest. m. Et quæ Christus i...
 moros excitando, leprosos mu...
 uando & mari, vt Sermo Dei ex...
 prædicat opera, Infra 14. b. 10. Et...
 quæ quæ omnia me, Ibidem, d. 14. C...
 quæ nostro iudicio præcipua & v...
 quæ vero, quæ vel minuta vel...
 hominæ creauit vique ad vermes...
 vt quæramus rationem, & ob...
 Mola sunt quæ noxia iudicantur...
 æstha, & propterea putantur...
 condita est, nihil esse à Deo cre...
 ad certum finem prospici...
 ingos, seu ventis, culpemus no...
 periam, ad quod visum est in Pha...
 uis & vermiculis consumpti...
 vobis quædam modum clare test...
 præcipua quæ finæ erant Manicha...

18 IPSE VITA ERAT. c...
 uelut Deo esse difficile, ne dum...
 re potest. m. Et quæ Christus i...
 moros excitando, leprosos mu...
 uando & mari, vt Sermo Dei ex...
 prædicat opera, Infra 14. b. 10. Et...
 quæ quæ omnia me, Ibidem, d. 14. C...
 quæ nostro iudicio præcipua & v...
 quæ vero, quæ vel minuta vel...
 hominæ creauit vique ad vermes...
 vt quæramus rationem, & ob...
 Mola sunt quæ noxia iudicantur...
 æstha, & propterea putantur...
 condita est, nihil esse à Deo cre...
 ad certum finem prospici...
 ingos, seu ventis, culpemus no...
 periam, ad quod visum est in Pha...
 uis & vermiculis consumpti...
 vobis quædam modum clare test...
 præcipua quæ finæ erant Manicha...